Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

87 Cap. 17.

quod abillo diiudicari potuit, qui cor da hominū
nouit. Unde haec eadem sara a ridens corripit.
correpta protinus fecundatur. & contra spem
ex diuina promissione accepit quod habituram
se & humana ratione dubitauit. Cæterum hic
notandum est, quia in uetere testamento quattuor
proprius nominibus nominati sunt ante quam
nascerentur. his mahel uidelicet & isaac salo
mon & iosias certis quibusdam ex causis. quo
tiens enim hominibus adeo uel inponitur nomen
ut mutatur singularis merita indicium datur
magnos ee futuros. sicut habraham, quia pater
multarū gentiū erat futurus: abraham e uocat.
sic iacob quia dm uidit israel appellari meruit.
Sic iosias rex ob eximiae uirtutis culmen nomina
tus est adeo multo, antequam natus est, sic decetens
sentiendum intellege: Seq. cumq; eleuasset
oculos abram, sedens in conuallem mambrae
uidit tres uiros: quibus tribus, sicut uni locutus
est. Unde quaeritur. cū tres eent quomodo
singulariter dnm appellat dicens: Dne si inuenim
gratiam ante te, ne transeas seruum tuū. An
intellegebat unum ex eis dnm & alios angelos.

Cap. 18.